



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCLXXXI. Albrecht und Otto, Markgrafen von Brandenburg verkaufen das
Dorf Schwichtenberg der Stadt Friedland, am 26. September 1296.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

ecclesia luere nec alicuius satisfactionis gravamini subiacere. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Testes huius facti sunt: dominus Hermannus de Orlamunde, Fridericus de Bichelingen, Fridericus de Rabenswalt, Guntherus senior de Swarzburg, comites, et alii quam plures fide digni. Datum in Wizenfe, anno Domini MCCXCVI. XVIII. Kal. Julii. Item alia littera: Nos Gerlacus dominus de Bruberg, capitaneus, et duodecim pacis conservatores per terram Thuringie generalis, recognoscimus et ad univerforum notitiam cupimus pervenire, quod constitutus in nostra presentia, videlicet proxima feria quarta ante festum beatorum Viti et Modesti, venerabilis vir, dominus Hermannus, abbas cenobii Walkenredensis, de homicidio, super quo strenuus vir Alexander de Wernrode et sui amici ipsum inculaverunt, quod ex suo instinctu perpetratum fuisset, ad sanctos sanctorum se coram nobis legitime et satis rite, nec non rationabiliter expurgavit. Hinc est, quod nos concorditer, prout etiam inter nos communis sententia dictavit, predictum dominum abbatem ab huiusmodi crimine sive forefacto manifeste dicimus et clamamus esse per omnia innocens. Quicumque autem deinceps prefatum dominum abbatem aut suum monasterium ratione huiusmodi delicti vellet impugnare, vel eos gravare (pre)sumpserit, indignationem gloriosissimi domini nostri, incliti Adolphi, regis Romanorum, et nostram, nec non totius terre Thuringie offensam, se noverit incursum, In cuius rei testimonium presentem litteram munimine nostrorum sigillorum fecimus roborari. Testes huius facti sunt: dominus Hermannus de Orlamunde, Fridericus senior de Bichelingen, Fridericus de Rabenswalt, Guntherus senior de Swarzburg, comites, et quam plures alii fide digni. Datum in Wizenfe, anno Domini MCCXCVI. XVIII. Kal. Julii. Nos itaque devotis supplicationibus honorabilis viri Hermanni, abbatis monasterii Walkenredensis, favorabiliter inclinati, universa superius contenta, sicut rite et provide facta sunt, ratificamus et presentibus confirmamus, mandantes illustri Ottoni, Marchioni Brandenburgensi principi nostro per Saxoniam, et nobili viro Gerlaco de Bruberg per Thuringiam capitaneis, ac aliis pacis conservatoribus, qui pro tempore fuerint, ut confirmationem nostram huiusmodi faciant et procurent inviolabiliter observari. Datum in Frankenfort, VI. Non. Julii, indictione nona, anno Domini M^o. CC^o. LXXXVI^o., regni vero nostri anno quinto.

Nach Abdrücken in Wilkii Ticemann. Append. S. 121—123 und Pertz, Monument. historic. Germaniae IV. Legum II. 464.

CCLXXXI. Albrecht und Otto, Markgrafen von Brandenburg verkaufen das Dorf Schwichtenberg der Stadt Friedland, am 26. September 1296.

In den Namen der hilligen Dreifaltigkeit Amen. — Wy Albrecht und Otto, von gades gnaden Marckgrauen tho Brandenburgk, bekennen und willen, datt idt kamen schall an bekenntnisse eines jewelcken, datt wy datt dorp Schwichtenberg mit

allem acker, buwet und ungebuet, wischen, weiden, holten und mit allen thobehoringe, mit sodamen Rechte und Freiheit, alsz wie dat persöhnlich beth nu gehatt hebben, vnser leuen getruwen Rattmannen und gemeinheit der Borger vnser Stadt fredelant hebben vorkofft, frie tho besittende tho ewigen tiden; die freiheit des dorpes und gueder die dartho gehören hebben wy geuen der Menheit dersüluen Stadt also; datt se datt dorp mit allen sinen thobehoringe sonder bede quid und frie scholen besitten tho ewigen tiden. Vor datt dorp und frieheit hebben de Rahttmann tho der Tidt von der Menheit wegen uns hundert und vieff und achtentlich pundtt Brandenburgischer penninge gantzlicken bethalet. Vp datt dieße Kop und gifft redlicken geschehen, in thokamender Tidt von vnsern Nachkomen nicht werde gebracken, hebben wy dieße dinge und breue schriuen lathen und mit anhengunge vnser ingesegels beuestigt. Tüge deser sindt Buffo von Ilenborch, Wilcke Sonecke, Ridder und vele andere Clerick und Leyen, de glovenwerdich. Geschehen to Euerdtswolde, na der Bordt Christi vnsern Hern MCCLXXXVI., des Middeweckens vor Michaelis.

Nach Rudloff, Cod. dipl. hist. Megalop. I., 159.

CCLXXXII. Markgraf Otto von Brandenburg consentirt in eine Schenkung, welche der Römische König Rudolph an das Bisthum Basel vorgenommen hat, am 17. August 1297.

Nos Otto, dei gratia Marchio Brandenburgensis, princeps sacri Rom. imperii, notum facimus presentium inspectoribus uniuersis, quod cum olim preclare memorie serenissimus Dominus Rudolfus, Romanorum rex, transtulerit iura patronatus ecclesiarum in Ougst et in Zeyningen Basileensis diocesis, ad imperium pleno jure pertinentia, in bone memorie Dominum Henricum Basileensem Episcopum et ecclesiam suam, pro ordinandis in eadem ecclesia Basileensi duobus presbyteris in remedium animarum felicitis recordationis Domine Anne, quondam inclite Romanorum regine, conthoralis sue, et illustris Domini Hartmanni filii sui; de consensu principum, quorum super hoc patentes litere sunt conscripte; nos dicte translationi seu donationi consentimus et ratam haberi volumus presentium testimonio literarum. Datum in Cadano, anno domini M^o. CC^o. XC^o. septimo, in octaua S. Laurentii martiris, Indict. X.

Aus Gercken's Cod. V., 84, 85. Die Urkunde ist zu Cadan in Böhmen datirt, wo die Churfürsten damals wegen der Absetzung Rudolphs versammelt waren.

CCLXXXIII. Markgraf Albrecht von Brandenburg bestätigt dem Johanniter-Comthur zu Braunschweig und Gardow die von Hermann von Warburg erkaufte beiden Dörfer und den Hof Nemerow, am 15. Mai 1298.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Cum Rerum gestarum certissima representatio sit scriptura, que de verborum serie redactorum in ipsam nihil minuit neque mutat,